

batur in sepulcro D. N. I. C. et re-
ve ata olim Sanctis Elisabethae, Re-
ginae Hungariae, Mechtildi et Bir-
gittae, quae quidem cum omnibus
suis promissionibus extravagantibus
iam anno 1678, et nunc iterum De-
creto 26 Maii 1898 ab hac S. Congre-
gatione ut apocrypha reprobata est.

AD REGULAM VIII.

Etsi Summi Pontifices praeteritis
saeculis ea etiam formula in indul-
gentiis concedendis usi sint, ut Chris-
tifidelibus certas orationes (non pau-
ca tantum verba, uti supra in regula
sexta) recitantibus, vel pia quaedam
opera peragentibus liberationem u-
nius animae ex purgatorio promit-
terent, id tamen communiter alio sen-
su intelligi non debet, quam ut in-
dulgentia quaevis plenaria fidelibus
viventibus a Summis Pontificibus o-
blata, etiam animae cuiusque in
purgatorio detentae applicabilis de-
clarata fuerit, uti fert stylus Curiae
hodie usitatus. Certo autem ex au-
thenticis documentis probari nequit,
quemquam illorum liberationem plu-
rium simul animarum a purgatorio
unquam promisisse, multoque minus
pro recitatione unius alteriusve pre-
cis tantum.

Quemadmodum igitur assertiones
eiusmodi uti male fundatae haberi de-
bent, ita etiam indulgentiae promis-
sionibus talibus adiectae, ut apocry-
phae nulliusque valoris reiciendae
sunt: eo vel magis quod eiusmodi
indulgentiae plerumque iis inusitatis
modumque excedentibus sunt accen-
sendae, de quibus in regula praece-
denti dictum est.

AD REGULAM IX.

Ecclesia ex multo iam tempore in-
dulgentias partiales, ut notum est,
certis quibusdam formulis stabilibus
concedere solet, uti v. g. 50, 100, 200
vel 300 dierum, vel unius anni, vel
3, 5, 7 annorum et totidem quadra-
genarum; sed a praxi Sedis Aposto-
licae omnino alienae sunt indulgenti-
ae v. g. 1080 dierum, quemadmo-
dum legebantur indicatae in quibus-
dam numismatibus B. M. V., quae
ante quadraginta fere annos Laureti
vendebantur: quae ideo ab hac S.
Congregatione die 23 Februarii 1856
declaratae sunt apocryphae (Decr.
auth. n. 370). Nostris hisce diebus
saepe in foliis ideo indulgentiae ma-
ximi dierum numeri indicantur, quia
auctores seu editores res *numeros anno-
rum et quadragenarum propria suo
arbitrio in correspondentes numeros
dierum converterunt*; ita ut calculo
huiusmodi facto statim mille vel plu-
ra millia dierum indulgentiae prodie-
rint. Quod quidem ex aemulatione
quadam non laudabili provenire in-
dubium est: ita enim demonstrare ad
oculos volunt, indulgentias v. g. u-
nius confraternitatis vel pii operis
esse maiores illis, quae aliis similibus
fuerunt concessae. Desiderandum
valde est ut Ordinarii locorum eius-
modi schedas vel libellos minime ap-
probent, etiamsi calculus veritati un-
dequaue respondere videretur.

(CONCLUYE.)

POSTULATUM PATRUM CONCILII
PLENARIUM AMERICAE LATINAE

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PAPAE XIII

EXHIBITUM

Per Sacrorum Rituum Congregationem.

Beatissime Pater,

*Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae, In Con-
cilio Plenario congregati, instantissime postulant:
Ut Sanctitas Vestra indulgentiam septem anno-
rum concedere dignetur fidelibus Americae Lati-
nae vel in America Latina commorantibus, qui
sequentem orationem in honorem B. M. V. Inma-
culatae cum invocatione Sanctorum et Beatorum
eiusdem Americae Latinae, a Sacra Rituum Con-
gregatione adprobendam, recitaverint.*

Gratiarum actio et petitio

PRO

FIDELIBUS ET POPULIS AMERICAE
LATINAE.

Gloria Patri, gloria Filio, gloria
Spiritu Sancto, in saecula saeculo-
rum. Amen.

Te Deum Patrem Ingenitum, Te
Filium Unigenitum, Te Spiritum
Sanctum Paraclitum, sanctam et in-
dividuam Trinitatem, toto corde con-
fitemur, laudamus atque benedici-
mus; Tibi gloria in saecula: Tibi gra-
tias in aeternum: confirma hoc, Deus,
quod operatus es in nobis: salva nos
et populos nostros.

Sit laus divino Cordi, per quod no-
bis parta salus: Ipsi gloria et honor
in saecula.

Cor Iesu sacratissimum, o Cor, vo-
luptas coelitem, Cor, fida spes morta-
lium, Tui sumus, Tui esse volumus,
salva nos et populos nostros; reconde
nos in dulcissimo habitaculo caritatis

tuae. Suavis enim es, Domine, et in
aeternum misericordia tua.

Parce igitur, o Cor Iesu suavissi-
mum, parce civitatibus nostris, quae
in fide Ecclesiae tuae enutritae, ve-
rae fidei thesaurum, Te auctore, mi-
rabiler servarunt et contra omnis
generis insidias custodierunt.

Suspice ergo, o Cor Iesu sacratis-
simum, gratiarum actiones clei et
populi civitatum Americae Latinae,
quae in abundantia beneficiorum tuo-
rum salvae factae sunt.

O Beatissima Virgo Maria, ab ori-
ginali labe praeservata, peramentis-
sima Americae nostrae Latinae Pa-
trona potentissima, sit Tibi etiam
laus perennis, veneratio sempiterna,
gratiarum actio in Christo Iesu.

O immaculata Mater nostra, ó be-
nignissima Mater nostra, o dulcissi-
ma et augustissima Regina nostra,
misericordias tuas grato animo de-
cantamus. Sub tuum praesidium con-
fugimus. O Domina, quae rapis cor-
da hominum dulcore, Tu rapuisti cor-
da nostrorum, Tu rapuisti corda populo-
rum nostrorum, Tu primitias fidei
nostrae, benignissima praesentia tua,
suavissima protectione tua in Guada-
lupano [1] aliisque pietatis tuae mo-
numentis per universas regiones nos-
tras obfirmasti, amplificasti et confir-
masti. O Domina nostra, o Mater
nostra, quae serpentis caput virgineo
pede contrivisti, libera populos nos-
tros a venenatis impiorum et haere-
ticorum iaculis; Tuque, quae Nutrix
fuiisti atque Educatrix populorum
nostrorum in fide dilectissimi Filii
tui, Tutrix etiam, Vindex et Propug-

1 Hic addi potest nomen sanctuarii mariani in
natione vel dioecesi celebrioris.

naculum esto. Tui sumus, Tui esse volumus; monstra Te esse matrem et patronam nostram, custodi nos, salvanos potentissimis precibus tuis.

Joseph sanctissime, Deiparae Sponse castissime, qui Americae Latinae Protector semper extitisti dilectissimus, Tibi laus et veneratio in Christo Iesu.

Virginum Custos, quem laeta celebrant agmina coelitem, quem cuncti resonant christi adum chori intercede pro nobis, suscipe corda nostra, dulcissimo Cordi Sponsae tuae Immaculatae perpetua donatione dicanda, donanda, tradenda.

Vos etiam invocamus, o Sancti et Beati, qui regiones nostras sanctissimis operationibus illustrastis. Memento nostri, tu praesertim Thuribi beatissime, Antistitum et Synodaliū Americae Latinae exemplar et ornamentum splendidissimum. Respice super nos, o Protomartyr noster Sancto Philippe a Iesu, qui in cruce exaltatus et glorificatus, praeconum Crucis Christi magister et excitator factus es.

Intercedite pro nobis, o Quadraginta Martyres invictissimi, qui, duce Beato Ignatio de Acevedo, Brasilianam gentem proprio sanguine Deo dicastis et consecrastis.

Orate pro nobis, inlyti Martyres Christi, Beati Bartholomaeae Gutierrez, Bartholomaeae Laurel, Petre Zuniga et Ludovice Florez, qui coronati pretiosissimam sanctitatis Ecclesiarum Americae Latinae purpuratis margaritis illustrastis.

Patrocinium vestrum similiter invocamus, o Sancti Franciscæ Solane, Petre Claver et Ludovice Beltran,

Americae nostrae Apostoli et Protectores, necnon Beati Sebastiane de A paricio, Martine de Porres et Ioannes Massias, qui apostolicis virtutibus populum nostrum mirabiliter ad Christum traxistis.

Respiciate super nos et orate pro nobis, vos etiam Virgines Christi, Sancta Rosa Limana, Americae nostrae Patrona, et Beata Maria Anna a Iesu, lilia candidissima et fulgentissima, quae mirabili virtutum fragrantia totam Americam Latinam delectastis et sanctificastis.

O Cor Iesu sacratissimum, salvas fac Republicas nostras, earumque Supremos Magis ratus, gentesque nostras universas. Fac etiam, Domine, ut sint unum in unitate fidei, in amore propriae patriae, in zelo decoris et incolumnitatis communis stirpis, totius scilicet Americae nostrae Latinae. O Maria Immaculata, Patrona et Tutamen nostrum, protege nos, salva nos, coniunge gentes nostras in amore propriae incolumnitatis, unitatis et communis integritatis, in solemni professione catholicae fidei. Amen.

Cum vero eadem Sacra Rituum Congregatio, die 23 Marti 1900, rescripserit: "*Quoad Santos nihil obstat; quoad Beatos vero, attentis peculiaribus rei adiunctis, de speciali gratia concedi potest;*" Sanctitas Sua benigne annuit per sequens Breve:

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Inter subsidia religionis, quae Venerabiles Fratres Americae Latinae Antistites in plenario eorum consilio, in

hac alma Urbe Nostra superiore anno habito, peropportune excogitarunt, ut Catholica Fides in ea nobilissima regione magis magisque augetur in dies, principem sane obtinent locum preces ad Deum, ad Deiparam Immaculatam et ad beatos Coelites, eos praesertim, qui sanctitate sua Americam illustrarunt, effundendae, quibus divinum auxilium pro iis fidelibus populisque ardentem imploratur. Piae huiusmodi preces a Sacra Nostra Congregatione ritibus tuendis approbatae, et quarum exemplar in Tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservatur, titulum habent "Gratiarum actio et petitio pro fidelibus et populis Americae Latinae," verbis incipiunt "Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui Sancto in saecula saeculorum. — Amen," ac desinunt "in solemni professione catholicae fidei — Amen." Quo igitur earumdem precum recitatio longe lateque evulgetur, atque in uberius animarum bonum cedat, Venerabilium praedictorum Fratrum votis obsecundantes, preces ipsas coelestibus Ecclesiae thesauris libenti quidem animo ditamus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus Americae Latinae vel in America Latina commorantibus, qui corde saltem contrito easdem, quas supra memoravimus, preces devote recitaverint, quo die id egerint, septem annos de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus quas poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifide-

lium quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migrarunt, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris, servato vero tenore nuperrimae Constitutionis Nostrae de suspensione indulgentiarum hoc anno Iubilaei. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III Aprilis MDCCC, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo tertio.

Pro Dño Card. MACCHI
NICOLAUS MARINI, *Substitutus.*

POSTULATUM PATRUM CONCILII PLENARI AMERICAE LATINAE

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PPAE XIII

Per Sacram Congregationem Concilii

EXHIBITUM.

Beatissime Pater,

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae in Concilio Plenario congregati, attentis necessitatibus suarum Diocesum, postulanti: I. Ut, stante difficultate celebrationis concursuum, omnes Paroeciae titulo amovibili conferri possint; II. Ut Episcopi conferre possint absque concursu omnes Canonatus de officio quoties expedire indicaverint.

Die 4 maii 1900. — S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, vigore facultatum sibi a SSmo Dño Nostro Leone PP. XIII specialiter tributarum, ad praemissas preces rescribendum censuit, prout sequitur:

Ad I. — designatis ubicumque fieri poterit, a singulis Ordinariis in pro-

pria dioecesi nonnullis paroeciis principalioribus, quae sacerdotibus maturae aetatis, probatae vitae, non communi scientia et pietate praeditis, in titulum ad tramitem iuris de regula ordinaria conferantur, - pro gratia ad decennium ut ceterae omnes paroeciae, imo et superius recensitae, si adiuncta (prudenti Ordinarii iudicio aestimanda) id exigant, conferri possint absque concursu et ad nutum, salvis tamen privilegiis ab Apostolica Sede concessis, et cauto ut facultate transferendi aut removendi paroeciarum rectores, Episcopi non nisi moderate et ex iusta causa utantur, onerata super hoc eorumdem Episcoporum conscientia:

Ad II - pro gratia iuxta petita, ad decennium.

A Card. DI PIETRO,
Praefectus.

† B. ARCHIEPISCOPUS NAZIANZENSIS,
Secretarius

—♦♦♦—
INSTRUCTIO
Circa Conventus Episcoporum
AMERICAE LATINAE.

Illme ac Revme Domine,

Quum ad optimum ecclesiasticarum provinciarum regimen et ad fidelium aedificationem plurimum conferre perspectum sit sanctam Antistitum concordiam mutuamque consuetudinem, RRmi Patres Plenarii Concilii Latino-Americani, nuper in Urbe feliciter absoluti, per articulos 208 et 288, utilitatem et necessitatem agnoverunt consessum episcopalium, qui iam pro Brasilia, per epistolam

diei 2 Iulii a. 1894, a SSmo Domino Nostro LEONE divina providentia PAPA XIII fuerunt maxime commendati.

Porro Beatissimus Pater, cui summo opere cordi est, ut uberrimi firmique fructus ex praedicto Plenarii Concilio capiantur, ad ipsorum episcopalium congressum rationem aptius determinandam, haec quae sequuntur decernere, et universis Americanae Latinae locorum Ordinariis significari statuit, videlicet:

I. Tertio quoque anno, crebrius etiam pro necessitate vel opportunitate, Episcopi omnes uniuscuiusque Ecclesiasticae provinciae conveniant, de communibus Ecclesiarum suarum negotiis coniunctim acturi.

II Sedem primi conventus Metropolitanita designet: in posterum ipse Episcoporum coetus pro qualibet insequenti vice.

III. Episcopalem consessum Metropolitanita convocet et moderetur, et, in eius defectu, senior in ecclesiastica hierarchia, Secretarii munere fungatur is quem Episcopi suo suffragio designaverint

IV. Congressuris ad deliberandum maxime proponantur opportuna rationes, quibus efficaciter eliminantur difficultates et excusationes quae contra religiosam observantiam omnium decretorum Concilii Plenarii produci contigerit; nec non ad fortiter et suaviter corrigendas negligentias in eadem observantia. Speciatim vero totis viribus curandum erit, ut efficaciter ad praxim ubique deducantur, quae in Concilio Plenarii decreta sunt de Indorum ad fidem conversione et eorum institutio-

ne in christianis praeceptis et morum urbanitate. Agendum pariter erit, tum de assiduo indigenarum idioma studio sacerdotibus urgendo, ut ad salutare missionum opus habiles reddantur; tum de infausta dilatione baptismi parvulorum, ruri vel in locis ubi deficiunt sacerdotes, degentium; tum de corrigenda parochorum negligentia quoad infirmos praesertim rucolas Sacra Eucharistia reficiendos; demum de aliis id genus argumentis, quae ad Dei gloriam et salutem animarum provehendam necessaria vel utilia Episcopis, pro eorum zelo ac prudentia, videantur.

V. Propositiones et sententiae coetus Episcoporum, maxime vero graves difficultates quae in executione et observantia unius vel alterius decreti Concilii Plenarii occurrere possunt, ad notitiam Sanctae Sedis, sicuti par est, accurate deferantur, servata norma praescripta in articulo 995 eiusdem Plenarii Concilii.

VI. Acta huiusmodi consessuum episcopalium breviori qua fieri poterit forma redigantur; et si quae resolutiones vel praescriptionis clero vel fidelibus communicandae videantur, id per literas circulares vel per Epistolam pastorem communem, concisa pariter forma exarata, fieri poterit.

Plurimum autem confidit Sanctitas Sua, per Episcoporum omnium Americanae Latinae concordem voluntatem et sollicitudinem, fructus laetabiles ex hisce congressionibus religioni et civitati, Deo iuvante, fauste obventuros.

Quae iussa et optata Beatissimi Patris, dum pro muneris mei officio

significo Amplitudini Tuae Illmae ac Rmae, felicia omnia ac prospera a Domino adprecor

Romae, e Secretaria Status, die 1^a maii 1900.

addictissimus
M. CARD. RAMPOLLA.

Ex Audientia SSmi. Decretum, quo Archiepiscopis Americae Latinae datur privilegium concedendi octaginta Indulgentiae dies.

Die 4. Iulii 1899.

Cum relatum fuerit SSmo. Dño antiquam in Americae Latinae regionibus generatim vigere consuetudinem, de qua tamen nullum extat scriptum documentum, ut nempe Archiepiscopi, loco quadraginta dierum sicuti di iure, octoginta indulgentiae dies consedant: cumque Eidem SSmo Domino ab Archiepiscopis Concilio Plenarii Americano in Urbe adstantibus supplicatum fuerit ut consuetudinem illam ratihabere ac confirmare dignaretur; Sanctitas Sua certam ac uniformem in America Latina statuere Ecclesiasque illius regionis peculiari amore prosequi volens, Apostolica sua auctoritate benigne decrevit ut in posterum Archiepiscopi Americae Latinae universis privilegio concedendi octoginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta frui ac uti libere valeant. Super quibus vero Eadem Sanctitas Sua infrascripto, Secretario S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praepositae iussit hoc edi decretum sine ulla Brevis expeditione, idemque in acta ip-

sus S. Congregationis referri mandavit.

Datum ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die, mense et anno ut supra.

FELIX CAVAGNIS, Secretarius.

SECCION II.

RESOLUCION IMPORTANTE.

Preguntada la Sagrada Mitra acerca del orden en que deben darse actualmente en la Misa las dos oraciones designadas por precepto diocesano; que son: *Tempore terraemotus* (mandada recientemente á perpetuidad) y *Ad petendam pluviam*, que se comienza á decir el 13 de junio y cesa el 4 de octubre, la Superioridad, tomando en consideración que no hay motivo litúrgico para dar la preferencia á alguna de ellas; pues aun lo del orden en que vienen en el Misal, en el presente caso no es aplicable por no estar en el mismo orden de colocación en todos los Misales las dos oraciones de que se trata; y tanto por antigüedad — pues la *Ad petendam*... susodicha se dá desde tiempo inmemorial en la época expresado — como también por estar preceptuada en lugar de la *Pro Papa*, que es la que se dice en el resto del año, dispuso que se dé en primer lugar la de la lluvia, y en segundo término la de los terremotos.

SECCION III.

DEFUNCION. — El día 24 del próximo pasado junio falleció en Purísima de Jesús María el Sr. Cura propio de aquel lugar, D. Merced González, á la edad de setenta y dos años.

Deseamos el descanso eterno para el alma de aquel ameritado Sacerdote.

UN TEMPLO MAS EN LA ARQUIDIOCESI. — El día 3 del corriente se bendijo por el Rdo. Padre Fr. P. seual del Niño Jesús Avelar, el templo de Ntra. Sra. del Refugio, obra que inició, muchos años há, la piadosa Sra. D. Dolores Anaya (q. d. D. g.) y que llevó á feliz término el celo del Sacerdote Religioso expresado; y el día 4 del propio mes se verificó, con gran solemnidad la fiesta de dedicación de dicho templo, habiendo asistido á ella nuestro venerable Metropolitano.


NUEVO MANUAL PARA LA ADMINISTRACION DE LOS SACRAMENTOS. — Nuestro Illmo. Prelado deseando la mayor comodidad para los Sres. Eclesiásticos, ha querido que, sin dejar de ser el Manual de párocos dispuesto y mandado editar por el Illmo. Sr. Loza — de santa memoria — el que se continúe usando en esta Arquidiócesi, como el Illmo. y Rmo. finado lo ordenó, y sin perjuicio de que en todos los templos del Arzobispado se tenga un ejemplar de dicho Manual, como está mandado, se haga un extracto ó resumen de aquel libro, agregándole algunas cosas útiles á los mismos Sres. sacerdotes; de manera que, resultando un tomo de menores dimensiones, por lo mismo más fácil de usarse, sobre todo cuando haya necesidad de servirse de él fuera del templo, sea, al mismo tiempo, lo más completo posible.

A la fecha está en prensa ese pequeño Manual.

Imprenta y Encuadernacion de Luis G. Gonzalez

COLECCION

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González. Alcalde R.

Resp. Jesus Berruero.

TOMO IX.

GUADALAJARA, JULIO 22 DE 1900.

NUM. 62

SECCION I.

Conceditur indulg. recitantibus

QUAMDAM IACULATORIAM

LEO PP. XIII

AD PERPETUAM REY MEMORIAM.

Supplicatum est nobis a dilecto filio Joanne Baptista a Chemery Ordinis Min S. Francisci, ut fidelibus mane et sero nonnullas iaculatorias preces a pluribus Sanctis et potissimum a Sancto Alfonso de Ligorio commendatas rite recitantibus, de Ecclesiae thesauro partiales quasdam indulgentias largiri de benignitate nostra velimus. Nos autem votis hisce annuentes, auctoritate Nostra Apostolica per praesentes omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus ubique terrarum degentibus, qui corde saltem contrito, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, hanc iaculatoriam prece[m] lixerint: "Mater mea libera me hodie peccato mortali", terque Salutationem Angelicam mane et vespere recitent, quo

DE LA SECRETARIA DE BREVES.

Se concede Indulgencia Plenaria á los fieles que recitan una Jaculatoria.

LEON PAPA XIII

Para perpetua memoria.

Nuestro amado hijo Juan Bautista de Chemery, de la Orden de Menores de San Francisco, Nos ha suplicado que á los fieles que debidamente recitan algunas preces jaculatorias recomendadas por muchos Santos y principalmente por San Francisco de Sales, sean benignamente concedidas algunas indulgencias; y Nos accediendo á semejante súplica, usando de Nuestra Apostólica Autoridad, por medio de las presentes Letras, á todos los fieles cristianos de uno ú otro sexo, existentes en cualquiera parte del mundo, que, al menos, con el corazón contrito, en cualquier idioma, con tal de que la versión sea fiel, dijeren esta oración jaculatoria: "Madre mía, líbrame hoy de